

[130v] Die ea

Visitavit ecclesiam parochialem sub titulo sancti Salvatoris loci dello Musuleo, cuius est rector perpetuus, anexa plebanie Sancti Ioannis de Iossani, reverendus Antonpetrus (Cavaleraerice) [Cavalleracce] rector plebanus, etatis suae annorum 60, <curae> ab annis tribus plebanus rector et curae animarum 150, nullum habet redditum quia est dependens a plebania.

Conservatur sanctissimum sacramentum in tabernaculo ligneo deaurato in pixide argentea.

Ecclesia minatur totaliter ruina.

Lampas ardet, et cera altaris expensis mulierum societatis, calix unus cum patena, fons baptismalis est in forma sed in medio ecclesie, olea sancta conservantur in vase staneo cum bursis in arca lignea cum aliis bonis mobilibus prope altare, palium unum pani celesti coloris vetustum, planete due unam sete et aliam ciambeloti, missale vetustum.

Cemiterium. Est prope ecclesiam plebaniam sancti Ioannis distans per miliare a supradicta ecclesia, ubi corpora tumulantur.

Confessionale. Deficit bullas (et imago).

Visitavit ecclesiam plebaniam sancti Ioannis Baptistae, quae habet supradictam parochialem anexam et est plebanus predictus (Cavalacire) [Cavalleracce], ecclesia distat per miliare ab habitationibus, est vetusta satis, habet icconam cum suis tobaleis et crucem ac palium coreaceum, non conservatur sanctissimum sacramentum, baptisterium et vasa sacra, sed in superiori ecclesia dello Musuleo, dum ibi cellebratur defferunt omnia ornamenta, est redditus annualis libr(arum) 400, in reliqu(...) habet onus scutorum 24 pensionis ann(uae) ad favorem reverendi Iulii de Puteo [del Pozzo].